



Red

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii direttore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

SOTERIA
 PRO
 ILLUSTRISSIMO HEROE
 GERLACO ADOLPHO
 DE MVNCHHAVSEN

M. DEC. clb l cc xxxviii.

SALVE, cara Manus, quam te vidisse triumpho!
 Quantae o laetitia nuncia, pignus, ades!
 Vt iuuat hinc laetis tanta argumenta labellis
 Pressisse, hinc vdis applicuisse oculis?
 Saepe, Manus, vitae solatia firma tulisti,
 Auxiliumque meae, gaudia saepe, Manus.
 Nunc vitam Dominique, meamque tulisse salutem
 Ipso mi obtutu, cara videre Manus.
 Lurida Leiniacos nam Fama vagata per agros,
 Mendax, sed solidum fingere rara, tulit;
 „Morbonae stratus celeri MVNCHHVSIVS icu
 „Aut fuit! aut animam iam moriturus agit.
 Hei mihi! qualis eram, cum primum hic nuncios aures
 Perculit! vt stupuit lingua animusque mihi!

AL

Mox vbi se primo mens a terrore recepit,
Atque suis vinclis libera lingua fuit,
Secretumque petens, atque ore in vota soluto,
(Quid superesset enim?) talia verba precor.
Sicne, Pater, placuit tua tot bona munera nobis
Cum MVNCHHVSIADE tollere cuncta simul?
Nimirum indignis: quis enim negat? At tua tanto
Post inter dignos gloria maior erit.
Nam sunt, pauca licet fortasse, at plena supersunt
MVNCHHVSI meritis pectora, plena tuis.
Hunc ergo nobis vel per miracula redde!
Nos tanto dignos munere redde, Pater,
Vix ea fatus eram, cum spes bona corde refulgens,
Qualis per tenebras visa lucerna procul
Non pepulisse metum valet, at minuisse timorem
Apta, animum pendentem inter vtrumque tenet,
Sic mihi tertia lux inter spes atque timores
Exigitur; sed lux quaelibet annus erat.
Hora venit tandem tardissima, qua sonor acris
Intorti arrectis auribus excipitur,
Qui monet, allatas venisse ex Vrbe tabellas:
Importunus ego flagito literulas.
Vt vidi, vt cera vidi obsignata rubella
Nomina, me ceris erubuisse magis,
Narrant, qui videre: audis tum vincula rupi,
Tum Domini verbis oscula mille dedi.
Addita Werlhofii superata pericula pandit
Litera, & incenso ture pianda monet.
Tum voti damnatus eo in penetralia tecti,
Hostia vbi pura est mensque manusque Deo,
Atque haec adiicio gratae ad praeconia mentis:
Sic pro MVNCHHVSI vota salute, Pater,
Suscepta o semper tibi nos debere, sed ipsi
Nos debere etiam gaudia longa iube!

I. M. G.

78 M 428


Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



56.

1077


RHD



SOTERIA
 PRO
 ILLVSTRISSIMO HEROE
 GERLACO ADOLPHO
 DE MVNCHHAVSEN

M. DEC. clb lō cc xxxviii.

...
 cara Manus, quam te vidisse triumpho!
 o laetitiae nuncia, pignus, ades!
 laetis tanta argumenta labellis
 hinc vdis applicuisse oculis?
 , vitae folatia firma tulisti,
 que meae, gaudia saepe, Manus.
 Dominique, meamque tulisse salutem
 obtutu, cara videre Manus.
 cos nam Fama vagata per agros,
 fed. solidum fingere rara, tulit;
 stratus celeri MVNCHHVSIVS icū
 iuit! aut animam iam moriturus agit.
 alis eram, cum primum hic nuncius aures
 vt stupuit lingua animusque mihi!



AL

